

Propositiones, quas circa efficaciam Gratiæ Patres Societatis
Jesu censent erroneas.



- 1.^a Gratiæ efficax destruit libertatem arbitrij, vel usum eius impedit.
2. Auxilium efficax proueniens talis est nature, ut ex vi sue entitatis implicet contradictionem, voluntatem illi dissentire.
3. Cumentitate, quam in actu primo a solo Deo habet auxilium efficax non potest coniungi dissentus voluntatis.
4. Efficax gratia, que distinguitur à sufficiente, ex se sola efficax est.
5. Efficax auxilium consistit in qualitate, que physice prædeterminat voluntatem ad vnum.
6. Deus omnes causas 2.^{as} ita sua efficacissima virtute determinat, ut nulla illi valeat resistere, nec ab eius determinat.^o exire possit.
7. Determinatio ad consensum fit in nobis à solo Deo, et nullo modo a voluntate.
8. Liberum arbitrium comparatione Dei habet se ut baculus, quod inanime quoddam est, et immobile.
9. Omnis gratia, que non prædeterminat physice voluntatem, non recedit a lege, atq; doctrina, nec est vera gratia Christi.
10. Gratiæ habitualis, quatenus operans est, physice prædeterminat voluntatem ad suos actus.
11. Deus non solum ad actus bonos, sed etiam ad actiones, quibus intrinseca est malitia peccati, mouet homines auxilio suo physico, intrinseco, efficaci, et prædeterminante.
12. Gratiæ efficax mouet voluntatem, non relicta recipiendi, aut respiciendi optione.

13. Gratia proueniens, quae liberam optionem relinquit, non est effi-
cax ad renouandum cor. Sominis, ut ex prauo fiat rectum, nec
ut Deus faciat, ut faciamus.
14. Non potest stare, motum Spiritus Sancti esse adeo efficacem,
ut semper effectum sortiatur: et nihilominus in Sominis optione
esse, ut Sui motioni si uellet, auscultet.
15. Non est in manu nostra Statam gratiam recipere, vel respuere.
16. Ex vi efficaci motionis, qua Deus operatur in nobis uelle, fit ut
non possimus, non uelle.
17. Gratia illa, quam pro libito possumus rescire non facit per infu-
sionem Spiritus Sancti, ut uellimus.
18. Motio Dei, ad quam contingenter sequitur effectus, non potest
esse gratia efficax, quia posita tota causalitate Suius motionis,
possum non consentire, et resistere.
19. Non manet liberum sequi motionem, per quam non solum datus posse
si uolumus, sed etiam uelle quod possumus.
20. Voluntas cum auxilio efficaci in sensu composito non manet libera.
21. Homo sine auxilio efficaci non potest conuerti, nec ulla causa. V.
agere, nisi efficaciter praedeterminata a Deo.
22. Gratia efficax solis praedestinati datur.
23. Per auxilium efficax ad perueniendum homo redditur impeccabilis.
24. Conuersio nostra solius Dei est opus in solidum.
25. Gratia efficax est adequata, et sola causa conuersionis.
26. Hoc complexum Sominem conuerti non habet aliam causam, nisi
Deum.
27. Denegatio gratiae efficaci est adequata, et sola causa non
conuersionis.

28. Quod homo non conuertatur a solo Deo est, qui pro solo suo beneplacito denegat auxilium efficax, quod est adaequata, et sola causa conuersionis.
29. Primam gratiam respicendo iritam facere, vel obedienter sequendo confirmare, nostrae voluntatis non est.
30. Non potest tribui homini, quod gratiae praeuenienti praedeterminata voluntate obsequatur.
31. Voluntas nostra ita efficaci Dei virtute conuertitur, ut postquam praeparata est, nullas deinde in agendo habeat partes.
32. Corda nostra necessario sequuntur motum gratiae efficaci.
33. Concursus liberi arbitrii est effectus necessario consequens ex diuino auxilio efficaci.
34. Deus suo efficaci auxilio ita impellit voluntatem, ut quandoque sic suppositio firma stat, non libere, sed necessario voluntas operetur.
35. Si Deus decreuerit me sic, et nunc iustificare, non solum infalibilibiter, sed inuitabiliter ita eueniet.
36. Propter bona opera nostra nulla nobis laus danda est, sed tota in Dei gratiam, a qua sola pendent, transcribenda.
37. Gratia Adami, et nostra in eo differunt, quod illi data est gratia, cui posset resistere, nobis vero non ita.
38. Non relinquit Deus in potestate praedestinatorum determinationem voluntatis eorum, quam aliqui initium conuersionis appellant, relinquit tamen illam in potestate reproborum.
39. Imputatur homini ad culpam si non conuertatur, etiam si in eius potestate non sit physice, nec moraliter habere auxilium efficax physice praedeterminans: et licet illud sit simpliciter necessarium ut conuerti possit.
40. Voluntas creata quouis auxilio praeventa infalibilibiter deficit in quacumque materia, nisi a Deo physice praedeterminetur ad bene operandum.



41. Homini imputatur ad culpam id, quod necessario facit.
42. Libero arbitrio physice prædeterminat gratiam Dei.
43. Non requiritur auxilium efficax ad perseverandum.
44. Habere auxilium efficax ad perseverandum non pendet à Deo, sed ab homine solum.
45. Auxilium efficax non dat Libero arbitrio vim agendi, sed eam ab arbitrio mutuatur.
46. Libero arbitrio prævenit gratiam adjuvantem in agendo.
47. Bonus auxiliorum gratia usus non est à Deo faciente per gratiam, ut bene illis utamur. *U*